zelo detestantur hereticos. Seniorem autem se
dicit iohannes. vel quia iam provectus erat aetate.
quando has scripsit epistolas. vel quia nomen seni
oris id est presbyteri et iam pontifici praema
turitate sapientiae et gravitatis congruit.
Unde et petrus ait. Seniores ergo qui in
vobis sunt obsecro consenior et testis christi passi
onum. Senior inquit electe dominae et natis
quos ego diligo in veritate. Id est vero amo
re diligo. Illo videlicet qui secundum dominum
est. Vel certe quos ego diligo. quia perseve
rantes in veritate considero. Et non ego solus.
sed et omnes qui cognoverunt veritatem. Quia
contra hereticos scribere incipit. qui a fide
veritate exciderant. Recte omnium qui ve
ritatem cognoverunt unam dilectionem in